In pace in idipſum dormiam, & requeſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. *Pſalm.* 4.

Læta tum eſt cor meum (*al penſar en Dios*) exultavit lingua mea (*alabar à Dios*) in ſuper, & caro mea requiſcet in ſpe. *Pſalm.* 17.

PAR-



## PARTE SEGUNDA.

La qual comprehende otras obras comunes.

### *Para dàr gracias à Dios, de que nos aya ſacado de aquella vida tibia, y negligente, que en lo paſſado hizimos.*

EGO dormivi, & ſomnum cæpi, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. *Pſalm.* 3.

Miſsit de ſomno, & accepit me, & aſſumpſit me de aquis multis. *Pſalm.* 17.

Salvum me fecit quoniam voluit me. *Pſal.* 17.

Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum. *Pſalm.* 22.

Exaltabo te Domine, quoniam ſucepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me. *Pſalm.* 29.

Domine eduxiſti ab inferno animam meam, ſalvaſti me à deſcendentibus in lacum. *Pſalm.* 29.

Cum

Cum ceciderim non ſum colliſus, quia Dominus ſuppoſuit manum ſuam. *Pſalm.* 36.

Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi, & exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis; & ſtatuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meum Canticum novum, carmen Deo noſtro. *Lo que les paſſa à los otros con tal exemplo, lo añade inmediatamente.* Videbunt multi, & timebunt, & ſperabunt in Domino. *Pſalm.* 29.

Eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu, vt placeam coram Deo in lumine viventium. *Pſalm.* 55.

Miſit de Cœlo, & liberavit me, dedit in opprobium conculcantes me. *Pſalm.* 56.

Ego ſum pauper, & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me. *Pſalm.* 68.

Abundavit vt averteret iram ſuam, & recordatus eſt, quia caro ſunt, ſpiritus vadens, & non rediens. *Pſalm.* 77.

Confitebor tibi Domine Deus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori. *Pſalm.* 85.

Niſi



Niſi quia Dominus adiuvit me, paulo minus habitaſſet in Inferno anima mea. *Pſalm.* 93.

Quomodo miſeretur Pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognovi figmentum noſtrum. *Pſalm.* 102.

In ſervum venundatus eſt Ioſeph; humiliaverunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſit animam eius, donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflamavit eum; miſit Rex, & ſolvit eum; princeps populorum, & dimiſit eum. Conſtituit eum Dominum domus ſuæ, & Principem omnis poſſeſsionis ſuæ. *Pſal.* 104. *Que es lo miſmo que dezir: Hame ſacado de tanto cautiverio, para hazerme ſeñor de la Gloria.*

Erraverunt in ſolitudine in inaquoſo, viam Civitatis habituali non invenerunt: Eſurientes, & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit, & clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de ne neceſsitatibus eorum eripuit eos, & deduxit in viam rectam, vt irent in Civitatem habitationis. *Pſalm.* 106.

Eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis, & vincula eorum diſrupit. Confiteantur Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius filis

O ho-

hominum, quia contrivit portas eius, & vectes ferreos confregit.

Suſcepit eos de via iniquitatis eorum; propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.

Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos; & eripuit eos de interitionibus ſuis. *Pſalm.* 106.

Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo. *Pſalm.* 115.

Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis: cum exurgerent homines in nos, fortè vivos deglutiſſent nos: cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſivit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intollerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum; Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. *Pſalm.* 123.

Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me: dextera Domini fecit virtutem. Non moriar ſed vivam, & narrabo opera Domini. Caſtigans caſtigavit me Dominus, & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitevor Domino; hæc porta Domini (*eſto es*, hæc porta iuſtitiæ eſt vera porta quæ ducit ad Dominum) iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me, & factus eſt mihi in ſalutem. *Pſalm.* 117.



*Para animarſe à mantener los buenos propoſitos, aun en preſencia de otros, atropellando por los reſpetos humanos.*

Vota mea Domino reddam coram omni populo eius. *Pſalm.* 115.

Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum. *Pſalm.* 21.

Deus meus in te confido; non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei: etenim vniverſi, qui ſuſtinent te, non confundentur. *Pſal.* 24.

Deus diſsipavit oſſa eorum, qui hominibus placent; confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos. *Pſalm.* 52.

Confitebor Domino nimis in ore meo; in medio multorum laudabo eum; quia aſtitit à dextris pauperis, vt ſalvam faceret

à perſequentibus animam meam. *Pſalm.* 108.

Tunc non confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis. *Pſal.* 118. *eſto es, quando fuere conſiguiente en guardarlo todo.*

Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. *Pſalm.* 118.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar. *Pſalm.* 118.

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur. *Pſalm.* 33. *Eſto es, hazed Oracion, y no temereis los reſpectos humanos.*





*Para librarnos de los aſſaltos, ò manifieſtos, ò tacitos, que tal vez nos dàn los menos buenos, para retirarnos de la vida Eſpiritual.*

Multi dicunt animæ meæ; non eſt ſalus ipſi in Deo eius. Tu autem Domine ſuſceptor meus, gloria mea, & exaltans caput meum. *Pſalm.* 3.

Exacuerunt, vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amarum, vt ſagittent in occultis immaculatum. Subito, ſagittabunt eum, & non timebunt; firmaverunt ſibi ſermonem nequam; Narraverunt, vt abſconderent laqueos, dixerunt; quis videbit eos? *Pſalm.* 63.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt; ponere in Domino Deo ſpem meam. *Pſalm.* 72.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adverſum me iurabant, quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. *Pſalm.* 101.

Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt

mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. Pſal. 140.

Filij hominum, dentes eorum arma, & ſagittæ: & lingua eorum gladius acutus. Laqueum paraverunt pedibus meis, & incurbaverunt animan meam; foderunt ante faciem meam foveam. Pſalm. 56.

Proſuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erravi. Pſalm. 118.

Etipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me. Qui cogitaverunt iniquitates in corde, tota die conſtituebant prælia: Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis, venenum aſpidum ſub labijs eorum. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos, abſconderunt ſuperbi laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum; iuxta iter ſcandalum poſſuerunt mihi. Dixi Domino, Deus meus es tu. Ne trades me Domine à deſiderio meo peccatori; cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur. Pſalm. 139.

In via hac, qua ambulabam, abſcenderunt laqueum mihi. Clamavi ad te Domine, dixi: tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium. Libera me à perſequentibus me, & tribulant me;



me, quia confortati ſunt ſuper me. Pſalm. 141.

Multi, qui perſequuntur me, à teſtimonijs tuis non declinavi. Pſalm. 118.

Reſpondebo exprobrantibus mihi verbum; quia ſperavi in ſermonibus tuis. Pſalm. 118. *eſto es, dirèlo, quando vno me dize, que no perſeverarè, que enfermarè, &c.*

A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, vt pupillam oculi. Pſal. 15. *Reſiſten à la dieſtra de Dios aquellos, que nos quieren retirar del camino, por el qual nos guia Dios.*

Ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo ripies me. Pſal. 17.

### *Para animarſe à tolerar conſtantemente los dichos, que quizà ſe encontraràn de los Compañeros en la Vida Eſpiritual.*

Omens videntes me deriſerunt me, locuti ſunt labijs, & moverunt caput. Speravit in Domino, eripiat eum, ſalvum faciat eum quoniam vult eum in te proiectus ſum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me. Pſal. 21.

Qui videbant me, foras fugerunt à me: oblivioni datus ſum tanquam mortuus à corde,

de, factus ſum tanquam vas perditum, quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu. *Pſalm.* 30.

Poſuiſti nos in contradictionem viciniſ noſtris, & inimici noſtri ſubſanaverunt nos. *Pſalm.* 79.

Conſiderat peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius, nec damnabit eum, cum iudicabitur illi. *Pſalm.* 36.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi quoniam ſequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne diſceſſeris à me. *Pſalm.* 37. *Como quien dize, no me dexeis vos, Señor mio, y eſſo me baſta.*

Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me à voce exprobrantis, & ob loquentis, à facie inimici, & perſequentis. Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo, & non receſsit retiò cor noſtrum. *Pſalm.* 43.

Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, reverentiam meam. *Pſal.* 68.

Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris, ſubſanatio, & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt:



ſunt: nos autem confitebimur tibi in ſæculum. *Pſalm.* 78.

Longè feciſti notos meos à me, poſſuerunt me abominationem ſibi. *Pſalm.* 87.

Maledicent illi, & tu benedices. *Pſalm.* 108.

Sederunt Principes, & adverſum me loquebantur, ſervus autem tuus exercebatur, in tuis iuſtificationibus. *Pſal.* 118.

Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi; ego autem orabam. *Pſalm.* 108.

¶ *Para renovar en sì miſmo entre dia la Divina Preſencia, tan neceſſaria para eſtàr firme para no pecar.*

Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos. *Pſal.* 24.

Anima mea in manibus meis ſemper (*para ofrecerla à Dios, quando quiera arrebatarla à sì con alguna iluſtracion interior*) & legem tuam non ſunt oblitus. *Pſalm.* 118.

Servavi mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *Pſalm.* 118.

Ecce ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorum ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in mani-

nibus Dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum. *Pſal.* 122.

Quò ibo à ſpiritu tuo? Et quò à facie tua fugiam? Si aſcendero in Cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades, ſi ſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua deducet me, & tenebrit me dextera tua. Et dixi: forſitan tenebræ conculcabunt me; & nox illuminatio mea in delicijs meis, quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumine eius. *Pſalm.* 138.

Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam: *El Hebreo lee* propter Inſidiatores meos. *Pſalm.* 5.

Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. *Pſal.* 5.

Non eſt Deus in conſpectu eius (*y què ſe ſigue de ay?*) iniquitatæ ſunt viæ illius in omni tempore. *Pſalm.* 9.

Providebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commovear. *Pſal.* 15.

Erunt vt complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. *Pſalm.* 18.

Ad



Ad te Domine, Domine, oculi mei; in te ſperavi, non auferas animam meam; cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. *Pſalm.* 140.

Contritio, & infœlicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognoverunt; *por què cauſa?* Non eſt timor Dei ante oculos eorum. *Pſalm.* 13.

Ignis in conſpectu eius exardeſcet. *Pſalm.* 49. *eſto es, el amor de Dios.*

Deus cum egredereris in conſpectu populi tui, cum perunge tranſires in deſerto terra mota eſt: etenim Cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael. *Pſalm.* 67.

Qui Dominatur in virtute ſua in æternum, oculi eius ſuper gentes reſpiciunt. *Pſalm.* 65.

Ex dixerunt; non videvit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite. Qui plantavit aurem non audiet? Aut qui finxit oculum non conſiderat? *Pſalm.* 93.

Ad te levavi oculos meos, qui habitas in Cœlis. *Pſalm.* 22.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo. *Pſalm.* 89.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tan-

tanquam Sponſus procedens de thalamo ſuo, exultavit vt gigas ad currendam viam. A ſummo Cœlo egreſsio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. *Pſalm.* 18. *De manera, que aveis de hazer cuenta, que Dios deſde el Sol os eſtà ſiempre mirando; y que deſde èl os echa tantas ojeadas, quantos rayos eſparce.*

Domine in lumine vultus tui ambulabunt: *Quales, pues, ſeràn los frutos de eſto? Seràn dos:* Et in nomine tuo exultabunt tota die; *eſto es, la alegria de la buena conciencia*; & in iuſtitia tua exaltabuntur, *y el adelantamiento en la mayor perfeccion. Pſalm.* 88.

*Para pedir ſocorro en tiempo de tentaciones.*

Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. *Pſalm.* 21.

Salva me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. *Pſalm.* 21.

Cuſtodi animam meam, & erue me. *Pſalm.* 24.

Adiutor meus eſto, ne derelinquas me, ne-



neque deſpicias me Deus ſalutaris meus. *Pſalm.* 26.

Exultatio mea erue me à circundantibus me: *Pſal.* 31.

Exurgat Deus, & diſsipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. *Pſalm.* 67.

Complaceat tibi Domine, vt eruas me, Domine ad adiuvandum me reſpice. Confundantur, & revereantur ſimul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam; convertantur retrorſum, & revereantur qui volunt mihi mala. *Pſalm.* 39.

Adiutor meus, & protector meus es tu, Deus meus ne tardaveris. *Pſalm.* 39.

Exurge Domine adiuva nos, & redime nos propter nomen tuum. *Pſalm.* 43.

Adiutor meus, & liberator meus es tu Domine ne moreris. *Pſalm.* 69.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt ſalvum me facias. *Pſalm.* 70.

Qui cuſtodiebant animam meam conſilium fecerunt in vnum dicentes; Deus dereliquit eum, perſequimi, & comprehendite eum, quia non eſt qui eripiat. Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum reſpice. *Pſalm.* 70.

Ex-

Excita potentiam tuam, & veni, vt ſalvos facias nos. *Pſalm.* 79.

Dominne Deus virtutum converte nos, & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. *Pſalm.* 79.

Domine Deus meus in te ſperavi, ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me; ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non eſt qui redimat neque qui ſalvum faciat. *Pſalm.* 7.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus ſum nimis; libera me à perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me. *Pſalm.* 142.

Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me. *Pſal.* 30.

Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi: effunde frameam, & conclude adverſus eos, qui perſequuntur me; dic animæ meæ ſalus tua ego ſum. Confundantur, & revereantur (*como es proprio de los perdidoſos*) quærentes animam meam; avertantur retrorſum, & confundantur cogitantes mihi mala. *Pſalm.* 34.

Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum (*por la gravedad de las tentaciones*) quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te ſperavi, non au-



feras animam meam. Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem. *Pſalm.* 140.

*Contra las tentaciones en materia de Fè.*

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis. *Pſalm.* 118.

Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini. *Pſalm.* 70.

Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. *Pſalm.* 144.

Sicut audivimus, ſic vidimus in Civitate Domini virtutum in Civitate Dei noſtri. *Pſalm.* 47. *El ſentido es eſte.* Sicut audivimus in Civitate Domini virtutum; *eſto es, en la Igleſia Militante*, ſic vidimus in Civitate Dei noſtri; *eſto es, en la Igleſia Triunfante; y ſon palabras eſtas de los Bienaventurados en el Cielo. Eſta tal tranſpoſicion es frequente entre los Hebreos. Aſsi en los Cantares.* Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut Tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis, *es lo miſmo que*, Nigra ſum ſicut Tabernacula Cedar, ſed formoſa ſicut pelles Salomonis.

Qui deſcendunt mare in navibus, facien-

tes

tes operationem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. *Pſal.* 106. *Que es como dezir, que en orden à aquello adonde mi viſta no llega, tengo el teſtimonio de los Santos de gran doctrina.*

Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. *Pſalm.* 146.

Quam magnificata ſunt opera tua Domine? Nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. *Pſal.* 91.

Deus in Sancto via tua. Quis Deus magnus ſicut Deus noſter? Tu es Deus, qui facis mirabilia? *Pſalm.* 76. *Santidad de la Ley, y poteſtad del Legislador ſon dos argumentos de credibilidad, y quizà los mayores de todos.*

Non eſt ſimilis tui in Dijs Domine, & non eſt ſecundum opera tua. Omnes gentes quaſcumque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum, quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus. *Pſalm.* 85.

Con-



### *Contras las tentaciones en materia de ſalvacion.*

Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. *Pſalm.* 29. *Y aſsi, lo que Dios me quiere dàr à mi, es la Vida.*

In eo dum convenirent ſimul adverſum me (*entiendeſe los Demonios*) accipere animam meam conſiliati ſunt. Ego autem in te ſperavi Domine; dixi Deus meus es tu; in manibus tuis ſortes meæ. *Pſal.* 30.

Benedictus Dominus quoniam mirificavit miſericordiam ſuam mihi in Civitate munita. Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: proiectus ſum à facie oculorum tuorum. *Pſal.* 30. *Entonces dixe, que yo era de los reprobos, quando eſtava como frenetico por el temor.*

Homines, & iumenta ſalvabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. *Pſalm.* 35. *Luego, aun queda eſperança para mi, aunque viva antes como vn jumentillo, que como hombre.*

Duo hæc audivi, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia; quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. *Pſalm.* 61.

P Quo-

Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini; Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius. *Pſalm.* 70. *Porque Dios es juſto, no puede hazer agravio à nadie.*

Exiſtimabam, vt cognoſcerem hoc; labor eſt ante me, donec intrem in Sanctuarium Dei. *Pſalm.* 72.

Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. *Pſalm.* 72. *Para fiarſe de Dios en lo que no ſe entiende.*

Quis novit poteſtatem iræ tuæ? *Pſalm.* 89.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & vivam. *Pſalm.* 118.

Iuſtus eſt Dominus in vijs ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis. *Pſal.* 144.

Non privabit bonis eos, qui ambulant in Innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te. *Pſalm.* 83. *Y aſsi caminemos à Dios puramente, y no buſquemos otra coſa.*

Miſericordiam, & veritatem diligit Deus; gratiam, & gloriam dabit Dominus. *Pſalm.* 83.

Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius; & exaltabit te, vt hæreditate capias terram; cum perierint peccatores vibebis. *Pſalm.* 36.

Re-



Rectus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. *Pſalm.* 91.

Ego autem in Domino ſperavi: exultabo, & lætabor in Miſericordia tua. *Pſalm.* 30.

*Contra las tentaciones de Ira.*

Miſerere mei Domine, quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. *Pſalm.* 30.

Deſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, vt maligneris, quoniam qui malignantur, exterminabuntur, ſuſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabunt terram. *Pſalm.* 36.

Suſcipiens manſuetos Dominus, humilians autem Peccatores; *eſto es*, ſuperbos vſque ad terram. *Pſalm.* 146.

Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. *Pſalm.* 56.

Exaltabit manſuetos in ſalutem. *Pſal.* 149.

*Contra las tentaciones de vanagloria.*

Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moveat me. *Pſalm.* 35.

 Non

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. *Pſalm.* 113.

Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. *Pſalm.* 118. *Si os veis tentado de vanidad por las virtudes, conſiderad los juyzios Divinos.*

Opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis. *Pſalm.* 122.

Veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam. *Pſalm.* 30.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam. *Pſalm.* 100. *Aſsi me lo dize Dios.*

Populum humilem ſalvum facies, & oculos ſuperborum humiliabis. *Pſalm.* 17.

Superbi iniquè agebant vſquequaque. *Pſalm.* 118.

Confiteamur nomini Sancto tuo, & gloriemur in laude tua. *Pſalm.* 105.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus. *Pſal.* 117.

Gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum. *Pſal.* 88.

Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iuſto. *Pſal.* 5.

Tibi



Tibi glorificabo hoſtiam laudis. *Pſalm.* 117. *Eſto es, aquella alabança, que yo quiſiera darme à mi miſmo, os la ſacrificarè à vos, y no me alabarè.*

Diſperdat Dominus vniverſa labia doloſa, & linguam magniloquam; qui dixerunt linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? *Pſalm.* 11.

Cuſtodiens parvulos Dominus: humiliatus ſum, & liberavit me. *Pſalm.* 114.

Corripiet me iuſtus in miſericordia, & increpabit me: *Eſto es, lo que aveis de deſear, vn buen amigo que liſamente os diga vueſtros defectos*: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum; *no haziendo caſo de quien os adule. Pſalm.* 40.

Afferte Domino gloriam, & honorem; afferte Domino gloriam nomini eius. *Pſalm.* 91.

Domine Deus meus in æternum confitebor tibi; *eſto es*, laudabo te. *Pſalm.* 29.

Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. *Pſal.* 70.

Date gloriam Deo ſuper Iſrael; *eſto es*, ſuper omnia beneficia collata Iſraeli. *Pſal.* 67.

 Glo-

Gloriemur in laude tua. *Pſalm*. 105.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. *Pſalm*.85.

Semper laus eius in ore meo. *Pſal*.33.

Omnis Spiritus laudet Dominum. *Pſalm*. 150.

*Contra las tentaciones ſenſuales.*

Tota die contriſtatus ingrediebar, quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & non eſt ſanitas in carne mea. *Pſalm*.37.

In ſuper, & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei. *Pſalm*. 15.

Inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt, & ego ad nihilum redactus ſum, & neſcivi. *Pſalm*.72.

In Deo ſperavi; non timebo, quid faciat mihi caro. *Pſal*. 55.

Eripe me de luto vt non infigar. *Pſalm*. 68.

Confige timore tuo carnes meas; à iudicijs enim tuis timui. *Pſalm*. 118. *Añadeſe bien* à iudicijs, &c. *ſi ſe conſideran las frequentes caìdas en ſenſualidad, ſucedidas por juſto juyzio Divino, de hombres Santos, como de vn Victorino, de vn Jacobo, &c. y antes de ellos aun de vn David miſmo.*



Homo cum in honore eſſet non intellexit: comparatus eſt Iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. *Pſalm*. 48.

*Contra las tentaciones de puſilanimidad, ù deſconfiança en la Vida Eſpiritual.*

A dextris eſt mihi; ne commovear; propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultabit lingua mea; inſuper, & caro mea requieſcet in ſpe. *Pſalm*. 15.

In te eripiat à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. *Pſal*. 17.

Et ſi ambulavero in medio vmbræ mortis, non temebo mala, quoniam tu mecum es. *Pſal*. 22.

Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ; vt inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. *Pſalm*. 22.

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum. *Pſalm*. 24.

In Domino ſperans non infirmabor. *Pſalm*. 25.

Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? *Pſalm.* 26.

Dominus virtutem populo ſuo dabit. *Pſalm.* 28.

Fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter nomen tuum deduces me, enutries me. *Pſalm.* 30.

Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt. *Pſalm.* 35.

Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram (*eſto es, los Santos con ſus fuerças no han ganado el Cielo*) & brachium eorum non ſalvavit eos; ſed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis. Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus (*tu eres tan Dios mio, como de aquellos; y aſsi què ſe ſigue?*) In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſalvabit me. *Pſalm.* 43.

In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. *Pſalm.* 59.

Ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, & ſuſceptor meus non movebor amplius. *Pſalm.* 61.

Ego autem ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam. *Pſalm.* 70.

Mon-



Montes excelſi cervis; petra refugium herinacijs. *Pſal.* 103. *Que es humillarſe, diziendo que harèmos lo poco que pudieremos, dexando à los otros hazer mas.*

Quis deducet me in Civitatem munitam, quis deducet me vſque in Idumæam? (*eſto es, contra los enemigos que ſe han de ſojuzgar*) nonne tu Deus, qui repuliſti nos, & non egredieris Deus in virtutibus noſtris. (*eſto es, vos Dios mio, que quereis obrar con vueſtras fuerças, y no con las nueſtras*) Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana ſalus hominis. In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. *Pſalm.* 59.

Dominus virtutum nobiſcum; *eſto es, vn Dios Poderoſiſsimo*, ſuſceptor noſter Deus Iacob; *eſto es, aquel miſmo Dios, que tan amoroſamente aſsiſtiò à vn Jacob, peregrino, deſterrado, perſeguido, &c.* *Pſalm.* 45.

Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea, quia ipſe Deus meus, & Salvator meus, adiutor meus, non emigrabo (*eſto es, no me paſſarè de la Vandera de Chriſto à la de ſu Enemigo*) In Deo ſalutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt. *Pſal.* 61.

Alie-

Alieni in ſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam (*tales ſon los Demonios que me acometen*) & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum; *eſto es, y no han querido conocer que Dios eſtà de mi parte*, ecce enim Deus adiuvat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. *Pſalm.* 53.

Mirabilis Deus in Sanctis ſuis Deus Iſrael: ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ; Benedictus Deus. *Pſalm.* 67. *Las maravillas obradas por Dios en ſus Santos, os deben dàr animo, aunque os conozcais ſumamente inepto para ſer tal.*

Tu es Domine ſpes mea. *Pſalm.* 90.

Domine non confundar, quoniam invocavi te. .*Pſalm.* 30.

Si conſiſtant adverſum me caſtra non timebit cor meum; ſi exurgat adverſum me prælium in hoc ego ſperabo. *Pſalm.* 26.

Deus meus adiutor meus, & ſperabo in eum. *Pſalm.* 17.

In te Domine ſperavi; non confundar in æternum. *Pſalm.* 30.

Domine virtutum: beatus homo qui ſperat in te. *Pſalm.* 83.

Lætentur omnes qui ſperant in te: in æter-



æternum exultabunt, & habitabis in eius. *Pſal.* 5.

Sperent in te qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine. *Pſalm.* 9.

Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in Miſericordia tua ſperavi. *Pſalm.* 12.

Salvo facis ſperantes in te. *Pſalm.* 16.

Protector eſt omnium ſperantium in ſe. *Pſalm.* 17.

In te ſperabunt Patres noſtri, ſperaverunt, & liberaſti eos. *Pſalm.* 21. *No baſta començar à eſperar, es meneſter perſeverar.*

Sperantem in Domino Miſericordia circundabit. *Pſalm.* 31.

Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus: beatus vir qui ſperat in eo. *Pſalm.* 33.

Paz